alio modo impugnare. Idque sub vadio similis summae Quatuor milli-
um florenorum pecuniae polonicalis per praedictum regnantem eiusque successores prae-
fato Creditori suo et ipsius posteris ob non solutionem summae suprascri-
ptae pro tempore et loco supraexpresso ad solvendum succumbendum. Prae-
terea memoratus regnans Generosus Hiacinthus Dersniak se ac suos suc-
cessores in et super bonis suis gratis omnibus ac summis pecuniariis ha-
bitis et habendis praedicto Creditori suo ac illius posteris inscribit
et obligat praesentem [illegible] Annam de Bylicz Consortem [illegible]
[illegible] amicis illius de linea paterna proximioribus vel in
eventu mortis eius successores ipsius ad consentiendum per eam super in-
scriptionem praesentem debitoream de omni et integro iure ipsi reform-
matorio et advitalitatis seu alio quovis a se regnante habito in bonis prae-
senti inscriptione oneratis ad Acta Terrestria Praemisliensia vel alia quaevis au-
thentica Regni vim perpetuitatis in se habentia intra decursum huius
anni adducere et personaliter statuere abeaque ut praemissa exequatur
efficere sub simili et speciali vadio quatuor millium florenorum po-
lonicalium per eundem regnantem aut eius posteros suprascripto Creditori suo
aut eius posteris ob non completionem praemissorum omnium et singu-
lorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solven-
dum succumbendum. Nihilominus idem regnans Generosus Hiacinthus Dersniak
praefato Generoso Marciano Gorayski et illius posteris et cuivis pleni-
potenti illius inscripto dat et concedit plenariam facultatem omnimo-
damque potestatem inscriptionem praesentem debitoream ex his Actis Castrensibus
Praemisliensibus authentice depromptam ad Acta Terrestria Praemisliensia quandocunque
voluerit transferendi et transportandi quibus transportatis tanti valo-
bit acsi per ipsumet regnantem transportata. Cui quidem transportationi insti-
tutionis praesentis modo praemisso fiendae idem regnans Generosus Hiacinthus
Dersniak se suosque successores in et super bonis suis gratis omnibus
ac summis pecuniariis habitis et habendis memorato Creditori suo ac eius
posteris inscribit et obligat non contradictionem in eam pro satisfactione

grato

grato suscepturum sub simili et speciali vadio quatuor millium florenorum
per praefatum regnantem eiusque successores praedicto Creditori suo et eius
posteris ob contradictionem transportationi inscriptionis praesentis modo prae-
misso ad solvendum succumbendum. Pro quibus quidem vadiis vel vadio
modo praemisso ad solvendum succumbendum ac pro se aliqua puncti ex
praemissis non completa complendis praemissis citatus omnis memoratus
regnans Generosus Hiacinthus Dersniak aut eius successores ad instantiam
praefati Generosi Marciani Gorayski et ipsius posterorum ad officium
praesens Castrense Capitaneale Praemisliense ex hic recessis [illegible] suprascri-
quovis reaccitur spectat mediate semper in primo citationis termino tan-
quam peremptorio stare iuri parere mitere vadio placita luere inscripti-
onibus satisfacere ac omne iudicatum pati debet atque tenetur. Illique ac s-
os successores ad eaque omnia obligat cunque termino primo peremptorio
nem et alios omnes consequentes causae eiusque terminos semper praesen-
ptorios vera infirmitate per maiori minoremve successorum legatione intra vel
extra Regnum servitio militari ad munimentis ad Comitiva vel
aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo
et quietationem ultra primos terminos officii praefati Castrensis
Praemisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque motionis appellationes
ac earum prosequutiones faciens ac praemissa omnia poenis simplicibus
vel [illegible] actionibus suspensionis fatalibus iuris praeterea Generali
bello Convocationes et aliis omnibus iuris remediis et defensis non
subterfugiens. Hac sua praesenti [illegible] ad praemissa [illegible] mediate

Golinska Marito suo cedit

Comparens personaliter Coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Pre-
misliensibus Generosa Zophia Bruszkowska Generosi Petri Pruszkowski
filia Generosi vero Jacobi Golinski Consors legitima cum Generosorum
Georgii Pruszkowski fratris sui germani et Nicolai Bobrownicki ami-
ci sui de linea paterna proximioris assistentia et Utrorumque ad infrascripta
recognoscenda consensu sana mente et corpore existens a [illegible] districtibus

iuribus iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedens hu-
ic autem Castrensi Capitaneali Premisliensi iurisdictioni se cum successoribus
ac bonis suis generaliter omnibus quoad actum praesentem attinet totaliter
et plenarie incorporans et subiciens palam libere publice ac expresse
recognovit Quia ipsa de omni et integro iure suo dotalitio intercisa certa in-
ter Generosum Joannem Adamum a Zmigrod Stadnicki in Lisko haeredem
ab una et praefatum Generosum maritum suum ac se regnantem ab altera
partibus ratione certarum rerum et conditionum in eadem intercisa contentarum
de actu et data in Sanok Feria Tertia post festum Sanctae Do-
rotheae Virginis anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vigesimo
nono praesentis confecta manibus praefati Generosi Stadnicki mariti
et sua subscriptionibus et sigillatis vadioque sex millium florenorum polonicorum
firmata necnon et de inscriptione Feriae Innocentis roborata beneficiis
in eadem intercisa contentis cum omni praemissorum iure Dominio et pro-
prietate intercisae praefatae et inscriptionis eius roboratoriae conditionibus
punctis clausulis articulis vadiis ligaminibus ac oneribus generaliter
universis bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus et emolu-
mentis prorogativisque quavis nihil expresse omnibus pro se suisque
successoribus aut quopiam alio reservando et excipiendo verum prout praemissa
omnia sibi recognoscens servabat ac se concernebat. Jam ex nunc et de
facto praefato Generoso Jacobo Golinski marito suo et ipsius successoribus
accepta pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione
cedit et condescendit omne et integrum ius suum sibi ad praemissa com-
petens in personam praefati mariti sui et eius posterorum transfudit
transfundit et incorporavit prout praesenti transfert transfundit et incorpo-
rat perpetuo. Et tamen ex nunc supradicta recognoscens Generosa Zophia Golin-
ska praefato Generoso Jacobo Golinski marito suo ac eius posteris iu-
re haereditario praemissorum omnium bonorum in intercisa specificatorum praesentibus
abscessum dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem
per Ministerialem quemcumque et Nobiles duos quoscumque ipsi nunc ab officio praefecto

additos

additos et deputatos vigore inscriptionis praesentis capiendam. Per ipsum Generosum
maritum suum ac eius posteros hoc iure haereditario praemissa omnia ac bona
in intercisa specificata praesentis per se regnantem abscessa tenendi habendi
possidendi illisque pacifice et quiete utifruendi ac ad usum suum suorumque
successorum beneplacitos quovis libere convertendi vigore praefati iuris
originalis ea omnia latius in se complectentis et praesentis inscriptionis
suae cessionariae et condescensionis. Insuper praefata recognoscens Generosa Zophia
Golinska dat et concedit praesentibus Generoso Jacobo Golinski mari-
to suo ac eius posteris plenariam facultatem et omnimodam pote-
statem inscriptionem praesentem cessionariam ex his Actis Castrensibus Pre-
misliensibus authentice depromptam ad Acta quaevis authentica Regni Polo-
niae vim perpetuitatis in se habentia quandocumque voluerit transferendi
et transportandi quae transportata tanti valebit ac si per ipsummet reco-
gnoscentem transportata foret.

Actum in Castro Premisliensi Feria Tertia post Festum Sancti Bartholomaei Apostoli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Tricesimo primo 26/VIII 1631

Litinska Kopystenskiemu Debet.

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus
Nobilis Zenna Nobilis olim Adami Dwernicki filia Nobilis vero
Joannis Litynski Consors legitima cum eiusdem mariti sui ibidem Nobilis
coniugalibus assistens sana mente et corpore existens a Terrestribus districti-
bus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus
recedens huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum
praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus
totaliter et plenarie incorporans et subiciens palam libere publice
ac expresse recognovit Quia ipsa Nobili Andreae Kopystenski et ipsius po-
steritati summam Noningentorum florenorum pecuniae polonicalis commu-
nis et numeri in Regno currentis quemlibet florenum praefatis tri-
ginta polonicalibus computando certi veri iusti et liquidi debiti mutuati apud